



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri**

**Ávila, Esteban de  
Azpilcueta, Martín de**

**Lvgdvni, 1609**

Inquisitio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41656**

*iubetur.* At verò prout est vitium generale comprehendit omnes actus vitiorum, quibus non fit, quod iubetur, siue faciendo siue omittendo. cap. 23. num. 25.

Qui id quod ad veniale solū obligat, omittit facere, principaliter eo quod iubetur, peccat mort. Peccat mort. qui deliberatē omittit facere quod sibi iubetur, animo obligandi ad mortale, nesciens id sibi ab eo iuberi non posse. num. 35. etenim vt aliquis peccet peccato inobedienciæ transgrediendo præceptum, non requiritur quod sciat, iuberi sibi id non posse, satis est, vt dubitet de illo, debet tamē priusquam faciat, deponere tale dubium. num. 37.

Si tamen probabiliter crederet Superiorem per errorem iussisse aut non iururum fuisse, si veritatem sciret, non peccaret non parendo. num. 38.

---

### I N Q V I E T V D O

#### *Mentis.*

A I N Q V I E T V D O mentis de se tantū est veniale, nisi ex aliqua circumstantia fiat mortalis. cap. 23. num. 76.

B I N Q V I S I T I O non potest fieri specialis contra aliquem nisi præcedente infamia. Nec



Nec sufficit esse duos, vel tres testes, quibus delictum possit probari. Et multò minùs sufficient aliqua indicia. Generalis autem inquisitio potest fieri, nulla perìona, nec vilo delicto expressis. Sufficit verò delictum esse notorium, licèt delinquens sit occultus ad hoc, vt de illo possit generaliter inquiri. Sed non, vt quæratur nominatim vtrum hic, vel ille id fecerit. Ibidem. vide tit. Iudex.

Ad impedienda peccata futura, potest in omni casu inquiri, non tamen ad punienda præterita. c. 24. n. 23.

---

 I N T E N T I O .

I N T E N T I O magis specialiter requiritur ad irregularitatem iustam quàm ad iniustam. cap. 27. num. 220.

Sola mala intentio sine opere iniurioso non obligat ad restituendum damnum. cap. 17. num. 71.

Intentio secundaria nec facit Simoniacam, nec vsurarium. ca. 17. num. 209.

Sufficit intentio virtualis ad conficienda sacramenta, & ad officium diuinum, & ad opus morale. additum in Nou. c. 1. num. 13.

Quæ intentio requiratur ad Consecrationem vtilitatum formarum. vide tit. Missa.

I N T E R